

CHRISTI  
449.LEONIS PAP.  
IO.THEOD. 42. IMPR.  
VALENTIN. 25.

plico igitur vestra serenitati, consuete Orithodoxæ fidei patrocinari, & mee parvitatis opinioni: Ut dignetur præcipere, beatissimos Episcopos, qui in hac causa tunc residebant, & Notarios reverendissimi Episcopi Flaviani, & reverendos Clericos, qui ad me directi sunt vocantes ut occurrerem, & reverendissimum Diaconum Athanasium reverendissimi Episcopi Basilii convenire in præsentia sanctissimi Episcopi Theodosii, quatenus interrogati dicant omni cum veritate, scriptis mandatum quid noverint: Ut hoc consecutus, more solito laudans, gratias agam Domino omnium Christo, & vestra pietati. Hactenus libellus Eutychetis oblatus Theodosio Imperatori, lectusque in Synodo.

XIV. Recitato itaque libello, & audita Eutychetis petitione, cum ei Theodosius Imperator, annuisset; iussi sunt præsentibus esse Notarii Flaviani, qui Acta Synodalia exceperant, iidemque Diaconi, Notariorum fungentes munere, omnes numero quinque, Asterius, Aetius, Nonnus, Asclepiades, atque Procopius: qui iussu Flaviani & aliorum Episcoporum, qui priori Synodo præsentibus fuerunt, conscripta ab se Acta ediderunt. Protulerunt alia Eutychetis procuratores, sed quæ cognita sunt non esse originalia, verum descripta postea exemplaria. Dum ergo Acta legerentur, ventumque esset ad tertiam Synodi Actionem de verbo quodam relato in Acta, quod referri minime debuisset; rursumque de verbis ab Eutychete dictis, & in Acta minime relatis, & aliis admodum levibus controversia mota est. Cum, qui esset mos Notariorum exceptorum, Aetius & ipse ex Notariis unus his verbis significavit: *In talibus (inquit) sanctissimis Conciliis conringit frequenter unum ex reverendissimis Episcopis aliquid dicere: & quod ab uno dictum sit, tanquam ab omnibus simul dicatur, & subscribatur, & intelligatur, omnibus scilicet consentientibus & approbantibus. Hoc ab exordio factum est; in tantum, ut uno dicente, scribamus: Sancta Synodus dixit. Si vero inventus fuerit, unus aut secundus dicens idem,*

Mos Notariorum exceptorum in Synodis.

PAGIUS Chalced. De Antiocheno Episcopo silentium; quia Episcopi huius Diocesanos Nestorianismi suspecti erant.

VII. Eutyches, dum hac via omnes aditus interclusos intelligit, Dioscori Episcopi Alexandrini Flaviano inimici patrocinium implorat Dioscorus ad Imperatorem scribit, alianque Synodum postulat, cui per literas Imperatoris iubetur præsidere, rejecto ex illo cætu Theodoro, qui Dioscoro infensus erat, & Eutychiezæ doctrinæ aperte contrarius. Synodum prius meditantem, etiam ante Conventum Constantinopolitanum, arbitratur Quænellus citatus. Nam dum consuleretur de procuratoribus Eutychieis admitendis, qui se. iriminis accusabatur, & eam ob

rem ipsum Episcopi adesse vellent, Meliphontus Episcopus cum quidem præsentem volebat, posse tamen per procuratores audiri, si ita Augusto visum; rem se iterum examini subiciendam, quoniam Imperator iusserat universalem Synodum fieri: Præcipue quia universalem præcepit fieri Synodum, & necesse est majores causas in illud reservare Concilium, ut legitur Act. I. Concil. Chalced. Hæc de Synodo jam indistincta differerebat Meliphontus V. Idus Aprilis; ex eoque liquet, errorem, quod tamen Baronius num. XXV. putavit, non irrepisse in diem, quo data sunt literæ Theodosii ad Dioscorum, III. Kal. April. Imo litteras ejusdem Theodosii de convocacione Synodi receperat Leo III. Idus

Et. tunc dicimus quia & professi sunt Deo amantissimi Episcopi, & exclamaverunt, &c. Et post nonnulla idem Aetius: Multa sæpius tanquam in collocacone communi in parte Concilii in conventu a præsentibus sanctissimis Episcopis dicuntur, quæ scribi non præcipiuntur. His igitur per Aetium patefactis de Eutychetis appellatione, quod recepta non fuisset in Acta, facta est obiectio a procuratoribus Eutychetis. Acta autem sic se habent (a):

Quoniam vero ante paucos dies litteræ sanctissimi Archiepiscopi Leonis insinuate sunt nobis continentes quia accusavit reverendissimum Archimandrita Eutyches, & appellavit in tempore examinationis vestram audientiam per rationem libelli. Et post aliqua, hæc ex suggestione unius ex procuratoribus Eutychetis: Constantinus reverendus diaconus dixit: Eutyches, dum legeretur damnatio, appellavit sanctum Concilium Episcopi Romani, & Alexandrini, & Hierosolymitani, & Thessalonicensis; & hæc in Gesta non sunt inserta. Magnificentissimus Patricius Florentius dixit: Turba facta, & dissoluto Conventu, dixit ad me silenter, appellans Romanum & Aegyptium & Hierosolymitanum Concilium. Et ego arbitratus indecens esse, latere, hoc sanctissimum & reverendissimum Episcopum Flavianum, ascendens dixi ei, ea videlicet quæ Eutyches sibi dixisset. Addidit his Basilus Seleucia hæc: Jam in veritate dico: Adhuc ipso Conventu sedente, & proponente sancta Synodo, ut diceret istas duas naturas inseparabiles & inconfusas in uno Domino etiam post adunationem: scio quia dixit religiosus Archimandrita Eutyches: Si præceperint Patres Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum. Hoc autem non quasi appellans dixit. Post hæc rogata est sententia Archimandritarum, qui Synodo interfuerunt, si quis eorum audisset appellantem Eutychetem in Synodo: & omnes una sententia negaverunt.

Vides igitur Eutychetem per mendaciorum anfractus diverticula quæritantem com-

(a) Apud Conc. Chalced. Act. I. XV. De appellatione Eutychetis acta.

XVI.

Maii